



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimoseptimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-3333

super misericordia eius. Ita nos plena oramus fiducia. Pater noster, qui es in celis, nihilo sicut obsecrantes, dimitte nobis debita nostra. Sumus filii, & tamen interim peccatores. Sumus accepti, & tamen non satisfacimus. Id quod iustum facit fides in deitate, fiducia confirmata & stabilita.

DECIMOSEPTIMO.

Vnde fides
nempe ex
verbo, seu
Euangelio
Christi.

¶ Quod si interrogas, ubi fides & fiducia inueniri possent, au-
nde proficiuntur. Hoc vero maxime omnium est necessarium sciens.
Primum, proculdubio non proficiuntur, neque ex tuis operibus,
neque meritis, sed tantum ex Ihesu Christo id ipsum grauis politi-
to & dante. Ut Paulus scribit ad Rō. 5. Commendat autem dia-
ritatem suam deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores
essetis secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est, qua-
si diceret, An illud nobis non fortis & inuiditam faciat fiduciam,
Christum pro nostris peccatis esse mortuum, priusquam id petere-
mus, eoque nomine nondum sollicitudine afficeremur & in omnibus
in peccatis semper pergentes. Deinde sequitur. Multo igitur magis
nunc iustificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum.
Si enim cum inimici essetis reconciliati sumus deo per mortem
filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Et
ita oportet ut in te Christum & imagineris, & videoas, quomodo
in eo tibi deus suam misericordiam proponit & offert, sine om-
nibus tuis precedentibus meritis, ut ex eadem effigie eius gratia
tum fidem, tum fiduciam remissionis omnium peccatorum u-
orū haurias. Quapropter fides non ab operibus incipit, sed eā ne
opera quidem faciunt. Nam, fidem opus est ex sanguine, vul-
neribus, & morte Christi scaturire & profluere. In quo videns
deum tibi ita propicium esse, ut etiam filium suum p̄ te tradat,
necessē est tuum dulcescere & vicissim ita adfici ut deum di-
ligas. Et ita fiduciam ex mera dei gratia & benevolentia erga te,
& tua ueritas erga eum oriri. Si cēnū legim⁹, nunquā datum es
te cuique spiritum sanctum operanti, sed semper Euangeliū a
Christo & misericordiam audientibus. Ex quo verbo hodie oportet,
neque aliunde fidem proficiere. Nam Christus est pēta,
ex qua butyrum & mel, ut Moses dicit. Deuteronomij. 32.
fugitur.